Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XLIX. Markgraf Ludwig verleiht Bürgern in Perleberg Hebungen aus der Münze in Kyritz, im Jahre 1335.

urn:nbn:de:hbz:466:1-54314

Visual Library

Stregentin et in molendino ibidem ſitis: pro qua confirmacione dicti ciues nobis dederunt LIIII^or^ marcas argenti Brandenburg., de quibus ſatiſfeciſſe dinoscuntur. (Non habent litteram. Queratur quis receperit pecuniam?)

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XXXVIII. — Vgl. B. II. S. 25. Nr. IV.

XLVIII. Markgraf Ludwig geſtattet der Stadt Prizwalk die Rathswahl nach Seehauſenſchem Stadtrechte und das Zumauern eines Thores, im Jahre 1335.

Ludowicus, Dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie marchio, Comes palatinus Reni, dux Bauarie Sacrique Romani Imperii Archicamerarius, prudentibus viris et diſcretis Conſulibus et vniuerſitati ciuitatis Pryſwalk fidelibus dilectis gratiam ſuam et omne bonum. Effecerunt erga noſtram gratiam veſtre fidelitatis ſepius approbata et commendabilia merita, quod vos in veſtris juribus et approbatis laudabilibus conſwetudinibus conſeruare veſtrisque commoditatibus, honoribus et profectibus conamur et intendimus intendere temporibus oportunis. Vnde cum concors electio Conſulum, per vniuerſitatem veſtram pro nunc facta, ipſi noſtre ciuitati et nobis, vt nobis innotuit, vtiliter conueniat, vt denuo conſules, qui diſcretione ſuffulti ſint, nobis eciam et ciuitati predicte conuenientes, perpetue, ſecundum ciuitatis noſtre Sehuſen aliarumque noſtrarum ciuitatum ritum et modum communem, eligere habeatis, vobis omnimodam concedimus et conferimus preſentibus facultatem. Volentes etiam valuam nouam ſine voluntate communitatis ciuitatis predicte per Conſules conſtructam, ſic quod nullus exitus nec introitus per eam deinceps fiat, obſtrui, murosque ante ipſam valuam ſituatos, ſine leſione tamen ipſius ciuitatis, diſſolui et in vſus communes ipſius ciuitatis conuerti et plenarie deriuari. Mandantes etiam vt nouam et inſolitam per ipſos nunc deſtitutos conſules de conſiſtorio ciuitatis noſtre predicte annis ſingulis dandam inſtitutam penſionem, nulli denuo, ſed quod ipſam in vſus ipſius ciuitatis conuertatis probabiles, miniſtretis. In cujus rei Teſtimonium preſentes conſcribi Sigillique noſtri munimine juſſimus communiri. Datum Spandow, Anno domini Milleſimo Trecenteſimo Treceſimo quinto, feria quarta ante Epiphaniam.

Nach dem Originale des Prizwalcker Rathsarchives. Mit Auslaſſungen und willkürlichen Veränderungen, auch mit falſchem Datum abgedruckt bei Beckmann a. a. O., Sp. 126, bei Ludewig und bei Buchholtz Geſ. d. Churm. Thl. V, S. 48 des Urk.-Anhangs. In dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XXXIII., wo dieſe Urkunde ſich ebenfalls findet, beginnt ſie mit den Worten: In vigilia Epiphanie domini.

XLIX. Markgraf Ludwig verleiht Bürgern in Perleberg Hebungen aus der Münze in Kyritz, im Jahre 1335.

Anno domini M^o^. CCC^o^ triceſimo quinto, in Spandow, in octaua Epiphanie domini. Contulimus Johanni et dieterico fratribus dictis hund in dem burn ipſorumque veris heredibus ciuibus in perleberg XIIƚ fruſta denariorum brandenburgenſium annuorum reddituum, in moneta noſtra

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Kyritz ſita, nobis per Ludowicum et Johannem dictos Son voluntarie reſignata, cum omnibus iuribus, prout predicti Sun ab antiquo tenuerunt et habuerunt, quiete et pacifice poſſidenda.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XXXV.

L. Markgraf Ludwig verleihet den Borren das Dorf Vieſecke, im Jahre 1335.

Anno domini M°. CCC°. XXXV°. feria tertia poſt diem beatorum proceſſi et mart. Contulimus diſcreto famulo fritſchoni ſuisque heredibus dictis borre villam Vyſak cum omni iure, juditiis ſuperiori et inferiori, cum jure patronatus, cum lignis, pratis, paſcuis, agris, cultis et incultis, paludibus et plane cum omni iure, prout illuſtris woldemarus, quondam marchio brandenburgenſis, noſter anteceſſor clare memorie, habuit, cum molendinis in villa et infra limites ipſius ville ſitis et cum precaria eorundem, cum ſucceſſione omnium bonorum ibidem tam ville quam molendini ſeu molendinorum, iuſti pheodi tytulo, ſaluo tamen iure noſtro, quiete et pacifice poſſidendum, dantes eis in premiſſorum omnium etc.

Nach dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Havelberg Bl. 5 Nr. IV

LI. Markgraf Ludwig beleihet die von Kröchern mit erledigten Gütern der von Karſtädt, im Jahre 1336.

Wir Ludwig etc. don witlich alle denghenen, die diſſen brif horen vnd ſyen, dat wie vnſen truuen mannen, hern henrich vnde Jordan, brudern von Krochern, vnd oren rechten erſnamen hebben gelaten vnd geligen vnde lyen in diſeme oppenen brife tu rechtene lene mit ſamender hant alle dat gut, dat vns von hern henrich von Kraftede (ſic) ledich vorden is, deme got genedich ſie, mit ſodame rechte, alſo hie dat von vns vnde vnſen vorvaren hadde, ſunderlich den orsdinſt, die vppe deme gude lach, des late wie vn los, vnde ſi en ſcholen vns des nicht (ſchuldig) ſin tu donde. Wor die vorbenumede von Krochern vnd ore eruen dat gut laten willen, dar ſcoll wie dat lyen anne ors dienſt.

Nach dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Havelberg Bl. 6. Nr. XII.

LII. Markgraf Ludwig von Brandenburg verpfändet Lenzen und Dömitz den Grafen von Schwerin, im Jahre 1336.

Wir Ludowiek etc. Bekennen dat wy mit gutem Willenn vnde mit vorbedachten Mute vnſerer Eruen vnde Lüten, den Edelenn Lüten Graven Heinrich, Graven Clauſs vnd Clauſs vnd Graven Ottenn von Schwerinn vnde erenn rechten Erven vnſen truwenn Mannen dy Stadt dat Huſe dat Lannt zu Lentzen, dy Stadt dat Huſe dat Lannt zu Dömitze, mit allem Rechte vnde Richte, mit allem Nutz, die dartzu hören an beiden Sittenn der Elbe, alſo wyr vnd vnnſe Vorfaren de